



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quibus modis accipiatur reatus. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

hominis polluta est corrupta, totusq; homo simpliciter obligatur perpetuis. Nec vnquam est in aliquo peccatum, actu, præter originale, quin sit etiam reatu: sed est reatu intelligendum, postquã transit actu.

Quibus modis dicitur in scriptura reatus. E

Reatus in scriptura multipliciter accipitur, scilicet pro culpa, pro pœna, pro obligatione pœnæ temporalis vel æternæ, Si enim mortale est, obligat nos pœnæ æternæ. si veniale, obligat nos pœnæ temporali. Duo enim sunt genera peccatorum, mortaliū, scilicet, & venialium. Mortale est per quod homo mortem æternam meretur. Crimen enim vt ait August. est, quod est dignum accusatione & damnatione. Veniale autem quod hominem vsq; in reatum perpetuæ mortis non grauat, veruntamen pœnam meretur, sed facile indulgetur.

De modis peccatorum qui multipliciter assignantur. F

MODI autem peccatorum varias in scriptura habent distinctiones: in qua dicitur peccatum duobus modis committi. scilicet cupiditate & timore, vt Aug. tradit super illum locum psalmi. In censa igni & suffossa. His n. duobus modis dicit omnia peccata mortalia includi. Et incensa igni ea dicit quæ ex cupiditate male incendente oriuntur. Suffossa vero, quæ ex timore male humiliatæ proueniunt: quod est, quando quis cupit non cupienda, vel timet non timenda. Abi vero dicitur peccatum fieri tribus modis, scilicet cogitatu, verbo, & opere: vnde Hieron. super Eze. h. Tria generalia delicta sunt, quibus humanum subiacet genus. Aut. n. cogitatione, aut sermone, aut opere peccamus. His aliquando etiã additur quartus modus, scilicet consuetudinis: quod in quatruiduano Lazaro significatum est. Dicitur quod homo peccare in Deum, in se, & in proximum. In Deum, cum de Deo male sentit, vt hæreticus. vel

In tom. 2.

*Aug. ad illu
Versum 17.
psal. 79.*

*Hier ad sine
ca. 48.
Ezech. in
commenta-
riis tom. 5.*

quæ